

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0092

LOG Titel: XXXV. Prunus sylvestris

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

XXXV. *Prunus Sylvestris.*

HÆc infrà viridi folio infidens eruca fusca lineolis albis exornata in omnibus ut plurimum arboribus fructiferis invenitur, hisce tamen pruni Sylvestris foliis eam enutriti in finem usque Augusti, ubi texturâ tenui confectâ fuscâ in aureliam immutabatur, elapsô quatuordecim dierum spatio phalænula corpore flavo, alis ungviculisque albis, ocellulis nigris, corniculisque flavescensibus constans inde prodiit; ovula lanugine contegunt, ut ea à nive, pluvîâ, & frigore tueantur; ex aliquibus etiam harum crucarum prodierunt acari, in doliola mutati, è quibus elapsis decem diebus muscæ parvulæ producebantur.

Paulò superius folio pariter pruni Sylvestris infidet eruca ex atro flavis lineis virgata, corpore splendida, in medio Augusti ramulo firmiter adhæret, albo, tauquam sericeo, filo circumvoluta in aureliam immutabatur, hujusmodi aureliarum aliquæ albis, flavis, nigrisque maculis aspersæ, aliæ virides atque flavæ, maculis nigris variegatæ sunt; tactæ validè moventur, sub finem Augusti albicantes, flavique papiliones indè prodeunt, quorum alæ lineis nigris virgatæ, corpus, oculi, ungviculique nigri sunt; de die celerrimè volitant.

XXXVI. *Gramen cyperoides.*

HAnc ex obscura fuscâ erucam in gramine deprehendi, & eam in finem usque Augusti gramine nutriti, ubi texturâ albicante sibi paratâ deponerat exuvias, ac in aureliam è lucido fuscâ immutabatur; hocce modo transformata in medium usquè subsequentiis anni mensem Junium permanfit, extunc inde phalænula fusca, corniculis ungviculisque subflavis, oculis nigris, lineisque per alas decurrentibus nigris constans educta fuit.

XXXVII.